

dulfum tunc Tudertinum episcopum in Florentinum episcopum translatauit<sup>44</sup>.

*Andr. Strum.*

§ 76

16. Que omnia et singula dum<sup>f</sup> comes Bulgardus vidit, beato Iohanni quoddam monasterium, quod in castro Fuchiechi habebat dedit<sup>45</sup>. Recepit et ibidem prefatum dompnum Petrum, qui per ignem transierat, abbatem super conventum duodecim monachorum instituit. Summus vero pontifex supradictis auditis eum ad se vocavit et in cardinalem Albanensem et episcopum renitentem plurimum honore maximo consecravit<sup>46</sup>.

17. Discurrente sancti viri fama et crescente numero suorum monachorum vir sanctus multa loca denuo fundavit, collapsa sibi donata reformavit; in quorum quolibet duodeno statuto numero sub abbate, quoniam sub observatione regule beati Benedicti degerent, ordinavit et ad monasterium Valumbrose ut soli deo vacare posset regredi non tardavit.

*Andr. Strum.*

§ 28

18. Interea vir dei cepit altis elucere miraculis<sup>g</sup>. Nam die quadam cum esset in monasterio suo de Passignano<sup>47</sup> et summus pontifex Leo<sup>48</sup> illac transeundo hospitatus esset, cum quod ei presentaret careret, quendam suum conversum vocavit sibi assignato loco, quo ad piscandum pergeret, nunciavit. Qui licet omnino sciret ibi pisces numquam fuisse nec<sup>h</sup> ibi<sup>h</sup> audiri nominari nedum esse cognosceret, obedientia tamen coactus accessit, rete summisit, duos lucios magnos inde subtraxit, quos<sup>i</sup> labore permaximo super humeris ad sanctum tulit. Qui deo gratias dedit et summo pontifici presentavit.

*Andr. Strum.*

§ 43

19. Dum quadam die in Moscetano<sup>49</sup> persistens monasterio abbatem de domorum curiositate redarguisset eo, quod pauperibus abstulisset et ipse abbas Rodulfus<sup>50</sup> nomine omni reverentia recepisset, ad quendam rivulum ibi vi-

f) am Rand.

g) von zweiter Hand auf Rasur.

h) ac vi.

i) qui.

<sup>44</sup>) Rudolf weihte als Verweser des Bistums Florenz am 29. Dez. 1068 die Kirche S. Pier Scheraggio; 1071 wurde Reinerius als Nachfolger des Petrus ernannt; vgl. G. S c h w a r z, Bistümer S. 210 und 294.

<sup>45</sup>) Mon. S. Salvatoris; vgl. P. K e h r, It. Pont. 3 S. 476.

<sup>46</sup>) Erster Beleg für dessen Kardinalat: Weiheinschrift der Kirche SS. Donato e Nicolò in Citille von 1072 Okt. 21; vgl. R. D a v i d s o h n, Geschichte 1 S. 250 Anm. 2; G. M i c c o l i (wie Anm. 31) S. 47 Anm. 1 und 2; W. G o e z (wie Anm. 15) S. 235 Anm. 169.

<sup>47</sup>) Mon. S. Michaelis; vgl. P. K e h r, It. Pont. 3 S. 104.

<sup>48</sup>) Leo IX. (1048–54) war mindestens zweimal in der Toscana: Sommer 1050 (JL 4227–4232), März 1051 (JL 4253–4254).

<sup>49</sup>) Mon. S. Petri; vgl. P. K e h r, It. Pont. 3 S. 70.

<sup>50</sup>) Rudolf wurde nach dem Tod des Johannes dessen Nachfolger als Leiter der Kongregation der Vallombrosaner (1073–76).